

quid præterea ab homine Christiano amplius dici possit. Nec minore doctrina atque eloquentia vita nostra inconstantiam prosecutus est; de qua, si rationes eius accuratè perpendas, inuenies, hoc solùm afferi posse, quod fuit. Nam si futuri quidem expectatio nos latet, præfens autem, aut nihil est, aut certè momento effluit, reliquum est, vt si quos commemorare velimus, eos fuisse dicamus.

Furigitur, quando autem? non dixit. Et fortassis ne nos quidem scire necessarium, aut vnde est arbitratus, nam siue dudum, siue non ita pridem è viuis excellerit, omnino nihil referit. Num eius rei, qua esse desierit, nullum discrimen esse potest, quemadmodum nec comparatio, quare, nec diuturnitate temporis sequentior erit, nec breuitate vicinior rebus praesentibus habebitur, qua iam non sunt, perinde sunt, ac si nunquam extiterint. Quemadmodum enim, quo tempore Moyses florebat, Ægypto portentis atque terroribus insultans, Elcana, neque semotus, neque proximus illi ætati dici potuit, cum is omnino non esset: ita nec nunc quidem ex quo superstes esse desit, nam quod fuisse, futurum esse à nobis dicitur, id si species accuratus, reuera citra mentis operationem nihil est, ut docet

*Eorum que
nunquam
fuerunt, aut
sunt esse de-
sierunt, par-
& eadem
est ratio.*

*S. Isidorus
Hispal. lib.
1. sentent.
c. 7.
Euseb. for-
guess xix.
mentem ni-
hil est.*

*S. Isidorus
Hispal. lib.
1. c. 7. at in animo est qua-
dam mortis cœli relatio, quam nos communisici-
mu, qua profecto rei, quam fuisse, foreme-
dicum, nihil afferre præterea. Quamobrem lib-
eretur admirari illud quā nullius momenti sit,
quod esse aliquando creditum est, cum, ex quo
fuisse incipit, sic protinus elaborat, vt non alter
quā memoria retinetur possit. Quāquam quod*

dico non esse, de presenti sæculo intelligendum

est. Nam apud Deum, superest, & erit, nec villo

vñquam tempore sui detrimentum patietur.

Virus enim pereire non potest, quemadmodum

*lib. 3. carm.
ode 2.*

*Virtus, recludens immeritis mori
Cælum, negatentias iher via:
Cœtusque vulgares, & vñdam
Spernit humum fugiente penna.*

Sapient. c. 5.

At contra, Seps impj, inquit Sapiens, c. 5. tanquam

lanugo est, que à vento solilitur: & tanquam spuma

gracilis, que à procella dispergitur: & tanquam fu-

mus qui à vento diffusus est: & tanquam memoria ho-

bris unius dies pretereuntis. Iusti autem, vt idem

ipse testatur, in perpetuum vñvnt, & apud Do-

minum est merces eorum, & cogitatio illorum apud al-

titissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema

Speciei de manu Domini: quoniam dextra sua tegit

eos, & in brachio sancto suo defendet illos. Tametsi

nec sæculo quidem mortui videri possunt, qui-

bus tam nobile epitaphium in monumentis scri-

pturarum, ad posteritatis memoriam, Spiritus

sancsus posuit: in quibus semper rediuuim co-

rum virtutem, & exemplo perpetuo futuram

admiramus. Cum quibus si Æthiopum sepulchra

vitrea conserfas, non fragillora illa solùm, verum

etiam obscuriora cœfabis. Quid enim è quod ad no-

minis gloriam facit, vt scripturarum comenda-

tio de sarcophagis autem, seu portius vitreis Æthio-

pum Macrobiorum reconditoris, ne forsan

ignores, in hunc modum Herodotus scribit lib.

3. Post mensam solis, ad extreum inspexere eo-

rum sepulchra, (nimisum) Æthyphagi illi, quos

ad explorandum Cambyses Rex Periarum mi-

serat) quæ dicuntur è vitro esse constructa, hunc

in modum. Postquam mortuum, siue Ægyptio-

rum, siue aliorum more arefecerunt, totum gy-

pso inducunt, picturæque exornantes, repræsen-

tat, quoad fieri potest, eius effigiem. Deinde cip-

pum ei è vitro, quod apud illos multum est, &

facile effodit, circundant: in cuius medio mor-

tus interlacet, nihil neque odoris ingratii,

neque fæditatis vñlius exhibens, sed omnia illi ipsi

mortuo similia habens. Hæcenus Herodotus.

Verùm hæc, vt possiat natuuum atque germa-

*natum vultus colorem referre, & oris linea-
menta æmulari: virtutem tamen ac cateras animi dotes*

nunquam assequuntur, quarum tamen pulcher-

rinam speciem ad viuum Scriptura depingit.

Tanta reiobs fidem facit eadem dictio fuit,

qua probè intellecta, non minimam ad virtutis

studium cohortationem in se cōtinet. Admone-

re namque nos videtur, quod tametsi corporis

compages morte solvantur, rerum tamen gesta-

rum etiam post mortem memoria vigeat. Illa

namque supremo funeri superest manet, nec

recedentes reliquias aboleri sinit: sed longe post

obitum posteritati præsentem exhibet, quem

mors absumperat. Nec id modo, verum etiam

præclarâ facinora miris laudibus exornat; in sce-

lera vero, si quod paulo atrociora sunt, acriter in-

uehitur (nam mediocri obliuio premittit) ita vt

tametsi non esse aliquando contingat, non fuisse

tamen videri memoria non permitat. Quocirca

famam seruendum est, neque tam spectandum

quid nunc simus, quod citò præterit, quid quid

fuisse olim dicamus, quod nūquam interit. Quod

fama tanti habenda est, quanti illam summi

virtus semper esse duxerunt, qui illam, quoties fe-

*de dedi occasio, propriæ vite merito pre-
tulerunt, vt potè longissimam breuissimam, citò que*

interitute perpetuò duraturam: quanti obsecro

eterna falso estimanda erit? nam, vt demus fa-

mam illam decū esse præstantissimum, eandem

quæ apud posteros perseveraturam diutissimè,

nunquam tamen ad mortuos illa pertinebit, aut

senſum illius aliquem percipient, postquam vita

exiderint. At vero florens & beatus ille status,

qui non hinc profectos suo finu recipiet, fou-

bitique perpetuo, qua parte interiore non possumus,

incredibili quadam felicitate cumulabit.

Quo sit plane, vt mihi persuadet nihil prius, ni-

hi antiquis cuiquam esse debere, quam vt ma-

ture, non solùm fame sue, sed etiam salutis eter-

nitati proficiat: ad quam sponte currenti etiam

illud fuit calcar addere poterit. Nam quid aliud

significare putes, quam citò tempus præteritu-

rum ni properes? quo elapsò, iam frustra spes

te posse quicquam proficer. Nam vita quidem

in actione consistit, mors vero paralysis quædam

est, animeque defectio. Itaque, tantisper dum

vitan agis, operari licet, pietatem colere, me-

ritorūque cumulum augere. At vbi mors iners

& otiosa te occupauerit: tum si quid paraueris,

eo vñ licebit, laborūque tuorum mercedem

repperere: quod si otio, ac deliciis indulgens, ini-

tiliter tempus contineris, scias quod præteritum

est, non posse reuocari, nec futurum péniten-